



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CCCXVII. Kanzler Caspar von Neuschloß übersendet den Entwurf zu der
königlichen Bestätigung wegen der Neumark dem Orden, am 14. Januar
1444

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

als dann ewer liebe von demselben ewern voigte vnd den ewern wol vernemen werdet, und bitten ewer liebe gar fleißiglichen, in massen wir ewer liebe furmals auch gebeten haben, als von heinrichs von Grünenberg wegen, das Ir mit ewern voigte bestellen wollet, das er mit sampt ewern Reten gein vns vnd vnsern Reten zu tagen reite vnd demselben Grünenberge nach ewer vnd vnser Rete erkenntnuß, nach aufweisung feins brieffs vnd auch nach zusprachen vnd antworten sovil thu, als Im ewer liebe vnd ewer Orden von rechts wegen pflichtig sey, wann wir gar vngern wolten, das er oder yemand der vnsern einigerley czwitracht mit ewer liebe oder den ewern haben oder suchen solt. Auch, besunder lieber herre vnd frundt, lassen wir ewer liebe wissen, das wir mit ettlichen den vnsern vnd nemlichen den von Franckenfurt czwitrechtig, die vns vngehorsam, rechtes vnd redligkeit vor sein. Hirumb bitten wir ewer liebe mit gar besunderm fleis, Ir wollet mit ewerim voigte in der Newenmarcken bestellen, wenn vnd auff welch czeyt wir Im schreiben vnd bitten werden, das er denn mit den ewern bey vnser hieff wieder die genanten von Franckenfurd vnd ander der vnsern, die sich noch wider vns setzen werden, bleibe vnd wollet euch hirinn beweisen liebe wol getrawen, des dancken vnd allewege gein ewer liebe verdinen vnd auch gein den wollen, Ewer beschriebene antwurt.

Geben zur Wriezzen an der Oder, am montag chels (Michels) tag, Anno domini etc. vicefimo Nonno.

..... gnaden Marggraff zu
..... graff zu Nuremberg.

Boigt's Erwerbung der Neumark S. 427.

CCCXVII. Ranzler Caspar von Neuschloß übersendet den Entwurf zu der königlichen Bestätigung wegen der Neumark dem Orden, am 14. Januar 1444.

Venerabili et Egregio domino Andree Ruperti, canonico Colmenfi et plebano gdanensi, patri meo honorando.

In domo theotonica Nuremberge.

Suavissimas iocundissimasque litteras, honorande pater, michi vestri parte iam, iam redditas, attento perlegi animo et dum concordium super Nova Marchia subsecutum, ex tenore earundem elicerem, nescio quid michi plus contentamenti afferri potuisset, tum ut munus divi Cesaris nostri, deo sueque genitrici et Ordini dedicatum inviolatum perfisteret, tum ut Ordo ipse dignissimus, in suis tenentis non pateretur stricturam, quem optavi semper et cordintime opto ampliari et prosperis dirigi incrementis. Quantum enim ipsi Ordini hucusque deditus fuerim, jam pridem liquere arbitror, in obsequio enim et observatia erga Religionem illam certarim, a nemine umquam superari crediderim, qui studui, ut fidelis quisque servus atque benivulus a nutu et desiderio Ordinis nil dissentire, quum illum amo, molior, perago, quo ad possum materiam sui ornamenti, fecique illud ultro-neus, avifacione promocione et consilio, quod cognoscebam esse honoris sui et commodi, Non est hoc novum apud me sollicitudinis genus, qui sicuti apud dominum Cesarem, denique Regem Al-

bertum, Ordini diversa patrocinia contuli, ita etiam apud hunc modernum Regem nostrum non semel sed et ultimo domino Lodovico de Ellrichshufen baculus directionis et votive expeditionis fui, Nec mihi fatis esse rebar, quin ad desiderium venerabilis domini mei Magistri generalis, vestramque instanciam, libens manum apponemus, et quamvis variis essem curis implicitus, illis postpositis, vestris me beneplacitis conformarem. Mitto ergo reverencie vestre notulam confirmationis Regie, quam profecto legalius, efficacius, atque caucius concipere nescivissem, que si in illa forma impetrari a Regia Maiestate quiverit, certus sum, quod ordo ab omni futura impetitione tutus transibit, nec timebit unquam contentionem talibus armis munitus, salvo si aliqua essent varianda, cum michi contractus non constet, illa committo moderacioni vestre, sed dubito ne Cancellaria atque Consilium fortasse recalcitret et reiciat tam largam formam, que usitato suo stilo contradicit, tamen oportet pulsare, et ego qui Cancellarius indignus existo, aliis repugnantibus, dabo modos aperiendi hostium exaudicionis, consilio et persuasione, Videtur ergo mihi, ut resecatis per prudentiam vestram superfluis et singulis iuxta rem adjacentem compositis, dominus Magister generalis proponat domino Marchioni illam formam et petat sibi talem litteram sub Maiestate vel aurea Bulla impetrari et expediri, similiter a dominis Electoribus, proviso cautissime, quod persona mea nequaquam pro auctore notule nominetur, ne apud Regem et Marchionem suspicionem incurram et effectu promotionis evacuet.

Vellem esse vobiscum ad dandam racionem, quare littere ille Marchionis in Regiis et Regie in dominorum Electorum litteris necessario debent inferi et quare in exordio posui, fundamenta et causas parcium, quia illa omnia et alie particule non carent singulari misterio; sed quia coram esse non possum, illa remitto sapientie vestre moderanda, sufficit quod fidelitatis et diligentis servitoris officium adimpleverim. Unum, mi pater, confidenter vobiscum conferam, sed coniuro vos, ut illud sub sigillo confessionis omnino remaneat, Multi mirantur et mihi satis alienum videtur, quod ordo ille venerabilis, qui est potens, est locuples et omni die patrocinio Imperii indiget, non habet aliquem fidum in Curia Regia suorum negotiorum gestorem. Non est princeps nec ordo, neque communitas, que non habeat suos in Curia promotores, qui uberrimis annuis pensionibus, aut equis aut vario aut serico, non sint donati. Vere tempore domini Michahelis Kuchenmeister et aliorum, ac etiam domini Pauli de Rusdorff, Cancellaria quotidie de Prussia fuit diversimode honorata. Ego ab illis dum in minoribus essem multa habui. Non dico, quod propterea aquam super Molendino meo derivare velim, qui per dei gratiam plus habundo quam merita mea expostulent. Loquor pro bono honore ordinis. Quoniam et si ego usque modo libenter serviverim, nullo dono petito, forte alii non habent par iudicium et sic posset periculum imminere, non credat ordo per hanc concordiam Marchie omnia adversa evasisse, parat nox, parat dies, parant momenta novitates et sine scuto Imperii ordo in longum in multis periclitari posset, Possetis vos qui cor estis preceptorum, illud aliquando adaptare, quatenus super eo provideretur, ut prompti de prompto efficerentur promptiores, nihil hoc revera detrahit erario ordinis, sed illud adauget et cumulat multis in rebus. Sapienti loquor, fibris laxatis, habenisque sub speciali dimissis fiducia, Indulgeat mihi Reverencia vestra, quod me tantum extenderim, quia caritas stimulat amorque indulget. De cirotecis ego illas gracias habeo, que tanto patri debentur, nec opus est ut erga me excusacione utanimi, qui sequens salvatoris doctrinam, affectum certe pro dono suscipio, et iuxta prophetie canticum cor sincerum pro oblacionibus et holocaustis. Illustris autem domina mea Elscarium benigne suscepit et solaciose respondens dicit sibi munera vestra esse tanto cariora, quanto rariora sunt munera Sacerdotum, Fiducia et familiaritas me sic domestice loqui compellunt, Vos autem qui prudens estis, illa in bonam

partem suscipite, et me ut solitus estis semper inter amicos vestros sinceros reputate. Datum Cubiti, die XIII^a Januarii XLIII.

Gaspar, dominus Novicastris, Imperialis Cancellarius,
Terrarum Egre et Cubiti Capit.

Boigt's Erwerbung der Neumark S. 428.

CCCXVIII. Kurfürst Friedrich II. verspricht dem Hochmeister, dessen Einigung mit dem großen Bunde zu versuchen, am 26. November 1452.

Dem Hochwerdigen vnfern befunden fründ, Herren ludwig von Erlichhausen, Homeister deutschs Ordens.

Vnser fründtschaft zuor. Hochwerdiger besunder frund. Wir haben verstanden, wie das etlich zweytracht vnd irnuß zwulchen uch vnd den ewern, Mannen vnd Steten des grossen bundes im lande zu Prüßen erstanden sulle sein, das vns denn getrwlichen leyd ist. Darvon wir in vnserm gemüte bewogen sind vnd betrachtet haben, Ab solanns nicht unternomen vnd daruor gedacht würde, das fulchs weiter reiffen vnd zu grosserm unwillen komen mochte, vnd wann wir, nach dem wir ein kurfurte des heiligen Romischen Reichs sein vnd sunderlichen von gemeynen nucz wegen, nach freden vnd Eynichkeit stehn vnd arbeiten fullen vnd wollen, als billich ist, von deswegen wir vns vorgelaczt haben in ganczer meynung, vnserer Rete trefflich, so schirften wir mugen, zeu uch kein Prüßen zuschicken, fleis zutun vnd zuerfuchen, sulch sachen mit teidingen zuunternemen, die gutlich byzulegen ader sulst uf besser weise zubringen vnd was wir guts darzu tun vnd verfügen konden, dadurch ir mit den ewern zu ganczer einichkeit kemet, das solt an vns y nicht erwenden. Geben zu Coln an der Sprew, am Suntag nach Katharinen tage, Anno domini etc. Quinquagesimo secundo.

Friderich, von gots gnaden Marggraue zu Brandenburg,
des heiligen Romischen Reichs Ertzkamerer vnd
Burggraue zu Nurnberg.

Boigt's Erwerbung der Neumark S. 431.